

349

40.  
B7.

LAUREAM  
MAGISTERIALEM

Optimo jure collatam

*Fratribus Clarissimis atque Eruditissimis*

DOMINIS

JOHANNI GEORGIO,  
&  
GOTTLIEBIO EMANUELI,

BAUCHIIS,

Falckensteina Misnicis,

Philosophiae & Bon. Art. Baccalaureis,

Ipsa Coronationis die ultimo Januarii

A. O. R. M DC XCV.

ex animo gratulantur

Patroni, Fautores & Amici.

LIPSIAE,

LITERIS JOHANNIS GEOREGI.

M. Joppanus Luchs

M. Joppanus Luchs

348

## An die Geehrteste Eltern.

**D**ult ein / Diagoras, Althen so zu erheben/  
Dß dirs auff einen Tag dren Söhne hat gekrönt/  
Was halß dich dieses Glück ? Ihr Sieg nahm dir dein Leben/  
Dß du von lachen starbst / wirst du noch stets verhönt.  
Dß edle Leipzig kan heut das Althen beschämen/  
Weil es durch Tugend viel zum Ehren-Tempel führt/  
Und unter solchen auch zwey BROTDER will mit nehmen/  
Ben welchen gleichen Kampff und Sieg es hat verspürt.  
Wer wol's EUCH ELTERN denn auf Missgunst übel deuten/  
Dß Ihr ob diesen Glück Euch herzlich wolts erfreun ?  
Gewiß es muß vielmehr mit frohen Wunsch begleiten/  
Die Freude / so Ihr hegt / wer ohne falsch will seyn  
Währ't Ihr unlängst bemüht viel Glück uns zuzu schreiben/  
So schrieb das Capital zur Dankbarkeit ich an;  
Drum weil ein doppelt Glück Euch doppelt will erfreuen/  
Trag ich die Zinsen ab / und wünsche / was ich kan.  
Geniest die grosse Freud mit lang beliebten Leben/  
Der erste Glück-s-Stern heiß' dergleichen mehr auffgehn;  
Und schaut/wie Falckenhähn Euch Söhne wollen geben  
Die einst dem Vaterland und Nechsten wohl anstehn.  
Ihr aber/die Ihr habt Unwissenheit besieget/  
Dß man ins künftige Euch nun MAGISTER nennt/  
Fahrt fort in euren Kampff / denn wo Ihr nie erlieget/  
Hat GOTT Euch bessern Sieg und Kränze zu erkennet.  
M. Christoph Georg Stiphani/  
Pastor in Zwendau.

## Ad pl. Rev. Dn Parentem Fratrum.

Bauchiiorum eadema etu Magistri Phi-

Iosophiæ reatorum

**F**ortunate Parens, Pindi concendere cernens

Culmina par Fratrum nobile, calce pari;

Nobile par Fratrum comitetur honorque salusque

Illud par Fratrum: Viveque, belle Parens!

M. Matthias Parwasser/Pastor.

**S**ic Tu Bauchiadis Gnatorum florita Biga,

Digna tuis studiis præmia consequeris.

Dum tibi donantur Solennia jura Magistri,

Et viridilauru cingit Apollo comas.

Sit faustum, felixque tibi decus hoc, pariatque

Et patri & Matri gaudia multa piis.

M. Johannes Lucius,  
Breunsdorffensium P.

SPL.  
BS.

Ad Dnn. Fratrum  
**JOHANNIS GEORGII**  
ET  
**GOTTLIEB IMMANUELIS**  
**BAUCHII,**

Utpote Candidatorum Magisterii,  
*Parentem Optimum*

Pastorem Zöpenium vigilantissimum, Compatrem meum  
honoratisimum

**E**st aliquid fateor, nec gloria vana Parentum,  
(TUque rei testis certior esse potes,) Natorum viridis si cingat tempora laurus,  
De Sophiæ aut illis lecta corona jugo est.  
Nam bini Nati titulos meruere Magistri,  
Sacrando Aoniis otia tuta choris.  
Ast BAUCHI dilecte, domus lux quanta futura est?  
Quando ambit crines insula rite duos.  
Quando & uterque boni Pastoris laude coruscat,  
Gloria major erit. Gaudia mille dabit.  
Huncce diem auspiciis referant felicibus Ipsiſis  
Fata pia, & Studii præmia plena ferant.

Id quod optat

**Samuel Röhner / Pastor Drachenaviensium.**

---

**G**leiche Nachbarn / gleiche Brüder/  
Zeigt nicht jeder Ort und Zeit /  
Doch schlägt Falckenhain dis nieder/  
Zöpen auch sich herzlich freut/  
Dass da gleiche Brüder leben /  
Die Gott und der Fürst hoch liebt /  
Dass da gleiche Söhne schwelen /  
Die in Künsten sich geübt /  
Sol nun zwischen Lehr und Leben  
Auch bei Priestern Gleichheit seyn /  
So wöll Gott den Zöpen geben /  
Was Ihm heut wünscht Falckenhain /  
Gleiches Glücke / gleichen Seegen /  
Gleiche Eltern stets erfreu /  
Dass auf allen ihren Wegen  
Gleich und gleich Ihr Leitstern sey.  
**M. Christian Göddick / Past. in Falckenhain.**

---

**F**elices thalami fructus, pia pignora Patris,  
Qvòd sitis, Gnati, lux hodierna docet;  
Qvæ jubet & pietas, labor atque modestia vitæ,  
Cingere Vos lauru. Prospera cuncta sient!  
Vivite felices gnati, vivantque Parentes,  
pergit, Cunctipotens, præmia plura dabit!  
Ita ex animo gratulari voluit  
**M. Christophorus Scheibner / Pastor Haynens. & Kreidniz.**  
**Dum**

**D**um Vobis primi florebat temporis ætas,  
Vester erant artes, testor ut ipse, scopus:  
Et quanquam gaudent multis sudoribus artes;  
Scrutati cupide Vos tamen estis eas.  
Haud labor incassum; nam Vos met Lipsia clara  
Hocce Magistrali mactat honore die.  
Iccirco ex animo toto complaudo precorque:  
Multa novus Vobis commoda gignat honos!  
Ita inter labores sacros suis olim Discipulis sedulis, nunc affinis lectissimis  
& dilectissime honores Magistralis properant & clamo gratulabatur  
**M. Petrus Dietmann/ Diaconus Coranus.**

**O**mnia nunc lugent, nunc est tristissimus annus,  
Hortis nunc flores florida Flora negat;  
Vestra, tamen video, Vos tempora cingere ferta,  
Queis nec hyeins florum sustulit omne genus.  
Scilicet omnigenæ doctrinæ laude coruscos  
Vos ars perpetui veris honore beat.  
Cumque siet Sophie res præstantissima rerum,  
Gratulor, in numerô Vos suo habere Sophos.  
Floreat æternum (nec sit flos ille caducus!)  
Sors Vobis, cui non aura molesta comes!  
Clarissimis Dominis Bauchiis, cum supremum in Philosophiæ gradum  
obtinerent, ita ex animo gratulabatur  
**Gottfried Barwasser.**

*Viro admodum Reverendo atq; Doctissimo*  
**DOMINO JOHANNI BAUCHIO,**  
Pastori Zœpensis Meritissimo.  
S. D. G. C. Jur. Cult.

**S**eptem anni effluxerunt, vir admodum Reverende, cum par filiorum tuorum Musis in illustri Moldano adjungeres, & ex iis Natu major paulo post mihi, uti moris ibi est, musci socius fieret, quō ea, quæ per diem tradita erant, vesperi breviter cum eo repeterem, & insuper privatis ipsius studiis consulterem. Hic sicut in non spernendi erat ingenii, ita nec laboris impatiens eò in literis proficiebat, ut quadriennio ibi transacto ad altiora tenderet, Lipsiamque adire meditaretur. Natu minor, in quo semper inusitata ingenii eluxit bonitas, majori parum cedebat, sed ut ei par existeret, non impari successu sedulò nitebatur, uterque exhibitis altioris literaturæ speciminibus, modestè petitâ facileque impetratâ abeundi veniâ, votis & omnibus faustissimis dimittebatur. Paulò post, cum nostram salutarent Academiam, major iterum in Museo per aliquid tempus conjunctissime mecum vixit. Nullis parcerat Dn. Parens sumptibus, quo verâ discendi Methodo filiorum ducerentur ingenia. In hac Academia per triennium, quod excurrit, sunt versati, ita in studiis, ut ea, quæ vulgus aestimat, altè contemperint, quæque contemnit, aestimaverint. Philosophicæ in primis scientiæ dederunt operam, Theologia ita se emanciparunt, ut non contemnenda Testimonia quilibet eorum concionando ediderit. Cum vero iis placuerit laborem præmia expetere, Amplissimus quoque ordo philosophicus ea istis hodie conferre constituerit, non solum Tibi, sed & Filiis Tuis, amicis meis desideratissimis, ex animo gratulor. Faxit deuter O. M. ut studiis Philosophicis cum laude ad finem perductis, brevi etiam scientiæ Theologicæ messem pro merito faciant. Interim mei memor vive, Tibi ego & filiis tuis, si quid operæ à me præstari potest, id omne polliceor, vale. Lipsiæ d. 31. Jan. 1695.

349

40.  
Ob7.

LAUREAM  
MAGISTERIALEM

Optimo

*Fratribus Clarissim*

DOM

JOHANNI

GOTTLIEBI

BAU

Falckenste

Philosophiae & Bo

Ipsa Coronationis

A. O. R. M

ex animo s

Patroni, Fau

LIP

LITERIS JOHA

© The Tiffen Company, 2007  
**TIFFEN® Color Control Patches**



348